

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Parentes m
cum fontibus primis

Fili, uinum non habent?
Quid michi et tibi, mulier?

Vt quid, fratres, sic
respondit Christus? Vtique propter nos
ut conuersos ad Dominum iam non
sollicitet carnalium cura parentum et
necessitudines ille non impediunt
exercitium spirituale. Quamdiu enim de
mundo sumus, debitores nos esse constat
parentum. Ac postquam reliquimus
nosmetipsos, multo magis ab eorum
sollicitudine liberi sumus.

Bernardus super Cantica sermone
XXVIII.

Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad
eum: uinum non habent. Et dicit ei Iesus:
Quid mihi et tibi, mulier? (Ioh. 2:3-4)

Ut quid ergo, fratres, ut quid sic
responderat prius? Vtique propter nos,
ut conuersos ad Dominum iam non
sollicitet carnalium cura parentum, et
necessitudines illae non impediunt
exercitium spirituale. Quamdiu enim de
mundo sumus, debitores nos constat esse
parentibus. At postquam reliquimus
nosmetipsos, multo magis ab eorum
sollicitudine liberi sumus.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in
dominica I. post octauam Epiphaniae*, 2,
5 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot,
H.M. Rochais eds., p.323, ll.9-14).